


Prot. N. 231/21/1



## DECRETUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, ad augendam fidelium religionem atque animarum salutem, vi facultatum sibi a speciali modo a Ss.mo Domino Nostro Francisco Div. Prov. Papa tributarum, attentis precibus ab Exc.mo ac Rev.mo Domino Richardo Fontana, Archiepiscopo Episcopo Arretin.-Cortonen.-Biturgen., die 11 Februarii MMXXI allatis, de caelestibus Ecclesiae thesauris omnium peccatorum plenariam misericorditer in Domino concedit atque impertit *Indulgentiam* et remissionem omnibus ac singulis christifidelibus in Arretino SS. Petri et Donati Templo Cathedrali, a die VI usque ad diem XV Februarii lucrandam, quam etiam animabus fidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicare possint, si vere paenitentes, confessi ac sacra Communionem refecti, B. Mariae Virginis imaginem, v.d. "Madonna del Conforto", de auctoritate Rev.mi Capituli Vaticani die XV Augusti MDCCCXIV coronatam, in forma peregrinationis inviserint et ibi novendialibus precibus et titulari sollemnitati devote interfuerint, additis Oratione Dominica, Symbolo Fidei invocationibusque B. Mariae Virginis, pro conversione peccatorum et dilatatione Regni Christi totum per orbem terrarum, iuxta ipsam Summi Pontificis intentionem.

Pii christifideles, senectute, morbo vel alia gravi causa impediti, pariter plenariam consequi valebunt *Indulgentiam*, concepta detestatione cuiusque peccati, et intentione praestandi, ubi primum licuerit, tres consuetas condiciones, dummodo ante aliquam parvam marianam imaginem, celebrationibus sese spiritaliter adiunxerint, precibus atque doloribus suis misericorditer Deo per Mariam oblatis. Quo igitur accessus, ad divinam veniam per Ecclesiae claves consequendam, facilius pro pastoralis caritate evadat, haec Paenitentia enixe rogat ut canonicus paenitentarius, capitulares et Cathedralis clerus, eisdem diebus prompto et generoso animo celebrationi Paenitentiae sese praebeant ac S. Communionem infirmis ministrent.

Praesenti ad septennium valituro. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Romae, ex aedibus Paenitentiarum Apostolicarum, die IV mensis Februarii, anno Reparatae Salutis MMXXI.

Maurus Card. Piacenza  
MAURUS Card. PIACENZA  
Paenitentarius Maior

Chr. Nyrkel  
CHRISTOPHORUS NYRTEL  
Regens